

CAPUT XXXII.

Continuatio & Argumentum.

Hoc in capite perinde ut in duobus proximè præcedentibus Ecclesia contra *captivitatem Babylonicam* confirmatur promissionibus, *partim* de reductione in Palæstinam, *partim* de amplificatione ejusdem, tempore N. T.

Caput igitur istud in genere est *ωεφνηλικόν*: in specie autem *επαγγελτικόν & ωδραμυηλικόν*.

Partitio Capitis.

Due constitui possunt capitis partes generales, *ωεπαγγελτικὴ* una usq; ad vs. 16. Altera *εξηγητικὴ* inde usq; ad finem capitis. *Usus.*

Docentur iterum *Ministri Ecclesie* exemplo Prophetæ, ut promissiones DEI suis diligenter inculcent auditoribus, fidei eorum confirmandæ gratiâ, præsertim si quandò calamitates eos premant graviores.

Explanatio 1. partis.

In parte *ωεπαγγελτικῆ* Tempus & Occasus istius Prophe-
 tiæ prænotanda. Tempus incidit in annum X. Zedekia & XIIIX. Ne-
 bucadnezaris, qui fuit annus à mundo condito 3359. ante nativitatem
 Christi 599. Commendatur iterum Theologiæ Studiosis studium Chro-
 nologiæ. Occasionem monstrant status tum Urbis, tum Prophetæ.
 Status urbi est, quod tum temporis obsessa à Babylonio, quæ obsessio
 œcepit anno IX. Zedekia, continuata anno X. finita ejus IX. fa-
 ctâ expugnatione Jerem. 52. v. 5. Redit L. C. de munitioibus ac pro-
 pugnaculis, quibus minimè fidendum, de quo cap. 6. Statum Prophe-
 tæ quod attinet, detentus fuit is eo tempore in carcere, in quem
 conjectus jussu Zedekia Regis, quod Urbi deditioem & Regi capti-
 vitatem Babylonicam prænnunciarit. Iterum se offert Locus de per-
 secutione Ecclesie & Ministrorum ejus, de quo in *ωεφνηλικῶ*.

ψ. 1.

ψ. 2.

ψ. 3.

ψ. 4. 5.

Explanatio 2. partis.

Pars *εξηγητικὴ* sibi vindicat promissiones de Ecclesie instan-
 tatione, sed hæc partim τυπικῶς, partim ῥητικῶς i. e. opertè vel aper-
 tè sen

Z 2

tè sen